

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

LUX AURORÆ ORIENTE SOLE.

2. Reg. 23. v. 4.

EXPOSITIO LITERÆ.



Abstrusum profectò hyperbaton (si quod aliud in Sacra pagina) est totum Davidis canticum cuius ex parte præfens conficitur Tautologia: imò aridum, non solida, sed florida tantum in expositione quærentibus. Opportunè Terentius in *Heautont. Act. 5. scen. 5. v. 14.*

— Hac dum incipias, gravia sunt; Dumque ignores: ubi cognovis, facilia.

Imò dulcia, quippe volupe intellectui, ut quiescat, invenire veritatem; quæ quidem magis arcana, quo dulcore plena. Ita verba huius Cantici difficilis intelligentiæ, ut nec præambulum vacet quæstione. *Hæc autem sunt verba David novissima:* dicitur. Non ultima quæ locutus, sed quæ locutus vaticinè. Nihilominus tamen occurrit, quod post finem Psalmi, 71. additur, nimirum: *Defecerunt laudes David, filij Jesse.* Id est, cantica David, quæ ordinavit in choros templi ad laudandum Dominum coram fœderis Arca. Hinc Hebr. *Consummata sunt orationes David.* Perperam verba presentis hymni erunt novissima, dum Psalmo cit. designant consummata. Alij asserunt, ultimum Davidis fuisse Psalmum; sed collocatum extra ordinem: equidem teste Hilario in *Psal. 2. Omnes secundum Hebræos confusi & habebantur & habentur.* Alij, psalterium tunc dicunt confasse illis hymnis, quorum septuagesimus primus psalmus esset ultimus: quoniam qui sequuntur per alios, temporibus varijs, collecti fuerunt: inter quos aliqui Adami (ut *Psal. 92.* iuxta Rabbin.) aliqui Moytis (uti 89) Asaph, Etan, & filiorum Core, demumque Davidis, ut constat, post ipsius mortem collecti. Unde cum maior numerus esset canticorum David; corpus canticorum dicitur est Davidicum Psalterium. Vide hic Maluend.

Terent.

Verf. 1.

Psal. 71. 20.

Hebr.

Hilar.

Cur si etiam Psalmi aliorum, dictum psalterium Davidicè?

Finis rei pro causa finis, seu propositio conatus.

Genebr.

AA. 13. 33.

2 At arbitror hunc Psalmodium non fuisse ultimum à Davide compositum, iam iam morituro: tum quia ex illo constat factum postquam edificare voluit templum Arce fœderis, hancque transtulit in arcem Sion è Obededonis domo: qua de causa illi Dominus promissit filium eius Salomonem, excelsum præ regibus terræ, opus templi auguri perfecturum. 1. *Paralp. 17.* & 2. *Reg. 7.* Tum, quia hic cap. 23. dicuntur *Verba novissima* David: & utraque novissima nequeunt esse. Poreff merito illum Psalmum dici ultimum & finem hynorum, non prout connotat non amplius; sed prout signat Davidis propositum: nimirum, promissionem illi tunc factam Christi ex illo futuri. Quare cum literaliter de Salomonis, allegoricè de Christi regno tot insignia præcineret; fynecdochicè hic Psalmus dicitur finis Psalmorum, quippe in illo continetur quicquid optaverat & optabat, scilicet: summa votorum, incarnatio Verbi Dei. *Completi sunt, sive finiti Psalmi David* (ait hic Genebrard.) *quoniam totam plenitudinem & finem tam enarraverat:* etenim homo votorum compos omnino quiescit, dum quid amplius cupiat, non habet. Hic finis sumitur pro re principali, seu voluntatis & animi plenitudine, gaudio pleno ac consummato, desiderij apice, & summo felicitatis fastigio, quasi nil ultra.

3 Paret quam aptè, in Psalmo secundo, qui ab Hilario dicitur primus. Quare hic in illud Act. Apotol. *Sicut & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te;* & subdit: *Sicut in Psalmo primo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ob hanc ergo Apostolicam auctoritatem, errore scribentium fieri creditur,

ut in ordine secundus Psalmus iste numeretur; cum primus esse, ipso Doctore Gentium testante, noscatur. Cognoscenda itaque ea ratio est, cur & à nobis secundus esse intelligendus sit, & ab Apostolo esse primus, ostensus sit. Beatus ergo Apostolus Paulus secundum professionem suam Hebræus ex Hebræis, etiam secundum Hebræicam cognitionem & fidem Psalmum hunc primum esse dixit. Unde quia principalis, utpote continens ampliora mysteria Verbi; filij Dei nimirum incarnationem, nativitatem, passionem, resurrectionem, & fessionem in celestibus; primus dicitur Psalmus. Haud secus Psalmus 71. dicitur ultimus, seu finis; quoniam finis legis Christi, propter quem omnia: maximaque nostræ redemptionis mysteria in Psalmo illo septuagesimo primo vaticinata, uti notat Hieronym. Promiscuè in sacra pagina, quod præstantissimum in quolibet genere, demonstratur per finem & principium, quasi totum continens. Apocal. 1. 8. *Ego sum A & O, principium & finis:* illustravimus ex profanis, *Tautolog. 3. n. 119.* Accipe alia. Ovid. 1. *Fasor. v. 717.* *Primus & ultimus orbis.* Albinovan. ad *Liviam*, eodem sensu: *Tu solus & ultimus illi.* Propert. *lib. 2. Eleg. 20. v. 34.* *Ultima, quæ prima.* Horat. 1. *Epist. 1. v. 1.* *Prima & summa.* Plato de *Legib. lib. 4.* *Deus initium & finis.* & denique Plutarch. de *Educat. liber.* inquit: *Primum & postremum.* Quasi summa totius, animi propositum, teique momentum; ut alibi Horatius: *Meorum finis amorum.* Quapropter cum quicquid continetur in *Psal. 2. & 71.* sit summa mysteriorum, hæcque dicatur principium & finis rerum; ob præstantiam argumenti, ultra quod nihil, Psalmus secundus dicitur primus, & primus supra septuagesimum finis Psalmorum.

Quo intus Psalmus secundus dicitur dicitur primus Hilari.

Principium & finis pro rerum summa.

4 Haud displicebit, quòd lector accipiat uti verba novissima & præfens canticum & Psalmum septuagesimum primum; equidem utriusque hand discretum argumentum. In Psalmo scopus Christus est: non aliud in præfentiarum propositum. Claret. *Dixit Verf. 1. vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob.* Quid expressius, atque signarius in hanc causam? Quid perpicuus in Verbi Divini incarnationem? Igitur Christus factus Patri, ut ait Apostolus, *Rom. 1. 3. ex semine David secundum carnem:* addicte David meditante *Dei Jacob*, in allusionem scæle visæ ab hoc insigni Patriarcha. Unde Hebr. ut notat Hieronym. in *Traditionib.* legit: *Cui constituta est scæla Christo Dei Jacob.* quippe huic revelatum, venturam aliquando per generationum gradus, scalam; ita ut homines essent suprà; intransq̃, qui nitebatur ut Dominus gloriæ, summum illius scæla: nimirum cum descenderet in terram, & homo è ingo diabolice tyrannidis erigens caput, assumèretur in gloriam. Hoc arcanum, utpote vaticinium, obscurè à Davide fuit prolatum; ita ut ambiguitate verborum (quoniam non omnibus datum est, nosse mysteria) posset intelligi ipsum constitutum Christum, seu in Christum Domini, scilicet populi Dei principem (uti figurativè, 1. *Reg. 2. 10. 35-12. 3. 5.* & alibi sæpè) vel constitutum pactum de futuro rege in Christum, quatenus filius David illi succederet etiam in regia dignitate: verum enim verò si attentè enucleantur verba, clarescent potius de fœdè facta à Domino cum David (ex quo illi tantum gaudium, uti gaudium plenum) de incarnatione Verbi Dei, hominis futuri ex eius semine. Non enim dixit, sicut alibi: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* *Psal. 2. 6.* sed inquit: *Cui constitutum est de Christo Dei Jacob.* Hinc ut demonstrèret decus, honoremque familiaris, ab illo tot gratijs dignatè; duntaxat quia ex accepto Dominus & non ex condigno voluit humiliter subdit: *Ne tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus atque nunquam;* ita ut familia mea fulgeret, sicut lux Auroræ, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat. En Tautologia argumentum.

Hieronym. Gen. 28. 12. Scæla Jacob, quando inveniat

Quantum gaudium ex sola Verbi incarnatione imagine! Verf. 5.

5 Placita DD. præmittenda, quia varia & summe abtrusa, plena subauditionibus, ad perspicuum delicatorem difficultatem parùm brevius. Unusquisque na suo abundat sensu, præter concipit, & intelligit (haud præter contextus exposcit, attentis circumstantijs doni concessi, & optati) ductus alijs atque alijs versificationibus, quæ magis (sine sensu pendulo) materiam confundunt quàm exponunt. Nihil miretis. Etiam finis sensu Hispana Complutensis Versio. *Y como la luz de la mañana, quando sale el Sol de la mañana sin nubes, por resplandor, por lluvia, hierba de la tierra.* Vulgatus sic. *Sicut lux Auroræ, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat; & sicut pluvij germinat herba de terra.* Dicam & brevè quid placeat, & quò Davidis pectus collimet. Hic inconcussus est, agi de Christo, è domo David futuri, de quo Deus fidem suam oppignoravit, *Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* *Psal. 131. 11.* Unde ne cogitaretur pactum de Salomone, cuius

Verf. Hsp.

Verf. 4.

regnum habuit finem; de Salvatore exponit Angelus Virgini-matri. Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni eius non erit finis. Luc. 1. 32. 33. Cognovit gratiæ magnitudinem, vel qui donum accepit: igitur cum posset esse ex alia tribu Iuda familia, imò ex multiplici lesse, patris etiam David; ex suppositione, quod filius Dei veniret in carne, Davidi profectò maximi, quod esset ex eius semine. Siccine grates rependit verbis præfatis: Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum intraret mecum: id est, firmum in omnibus atque munitum.

6 Deinde etiam statuendum est, decretum incarnationis Verbi Dei ex femine Davide, profectò absolutum fuisse; & ita, ut per effectum paterent quæ dona cum Davide à Domino pacta absolute, & quæ pacta duntaxat conditionate: cuncta exponuntur Psal. 88. & 131. Multa utique irrita propter filiorum scelera. Verùm etiam ipsi defecerint, incarnationis decretum nullatenus immutandum. Firmum in omnibus atque munitum. Iam enim statuerat. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & c. visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Semel iuravi. Licet filij degeneres, propter David servum meum, non avertam faciem Christi tui. Illi sanè pœnas luent, dum familia singulari hæc dignitate, sicut Aurora fulget, oriente Sole. Itcirco subdit: Prævaricatores quasi spina evellentur universi, quæ non tolluntur manibus. V. 6. Plura dixi, Tautolog. 6. à num. 2. & Tautolog. 9. late, à n. 61. ideo astruere renuo alijs testimonijs. In summa, domui David concessa, & per pactum, prærogativa Verbi Dei, carnem assumpturi ex eius semine, quam iniquitates filiorum nunquam poterant frustrare. Thronus tuus erit firmus iugiter. 2. Reg. 7. 16-1. Paral. 17. 14. Nihil pacto, fœderique nocebit, igitur domum quam elegi semper tuitabit sicut lux Aurora, oriente Sole.

7 His suppositis, proclivis testimonij delicatio: verùm priùs verba notanda, ut ex modo confet, quam præoccupata Davidis cogitatio, ex magnitudine gratiæ. Verba imperfecta esse alicuius cordolij, aut corfalij signa, diximus sæpe, Tom. 3. T. 1. 2. n. 17. hic Tautolog. 3. n. 46. & T. 10. n. 2. Hæc figura dicitur Apoptosis, qua emphaticè ferè nihil dicimus, & plura significamus, Eclipsis, quo schemate aliquid subaudiendum est in sensum perfectum conceptus mentis. Denique etiam dicitur Eclipsis, quia vox aliqua reticetur, quæ in captum loquentis exprimi desideratur. Isai. 33. 24. Populus, qui habitabat in ea, auferetur ab eo iniquitas. cap. 66. 18. Ego autem opera eorum & cogitationem eorum. Supple. novi. Thren. 2. 9. Regem eius & principes eius in gentibus. Psal. 10. 4. Dominus in templo sancto suo, Dominus in celo sedes eius. Cicero lib. 1. de Somnio Scipion. ait: Vix è domo discesserat, mœrere seroi, lugere filij, contux misera lamentari. Supple. cepit. Hor. 1. Satyr. 9. v. 75. Quò tu turpissimè? Virgil. 2. Aneid. v. 733. Fuge nate, propinquat. Id est Graij; sic alia. Haud aliter in nostro testimonio. V. 1. Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psalter Israël. Quid? V. 2. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Verùm quid, siler. V. 3. Dixit Deus Israël mihi, locutus est fortis Israël, Dominator hominum. Sed quid locutus? Profundè tacet. Sibi retinuit. Demùm, v. 5. Cuncta salus mea, & omnis voluntas. Quis qui cuncta, & voluntas & salus? Vox faucibus hæsit. Haud secus in Tautologia testimonio. Sicut lux Aurora, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat, & sicut pluvijs germinat herba de terra. Ita quid? Gaudio apparet anima Davidis plena, quàm apparent verba trunca. Nihil dicit, & totum dicit: dicit, plus quàm dici potest. Emphaticè, quasi singulatim, eloquentissimè mentem expressit. Floridè hoc schemate usus est Ovidius, 2. Fastor. à v. 833.

Ter conata loqui, ter desistit: ansaque quardò. Quodque potest, narrat: restabant ultima, sive it.

Modò verò quid David, quin dicat, dicit, dicendum à nobis. 8 In primis Sanctus hic num. 13. cogitat ly Sicut conferri in totum Psalterium: Nam totum (inquit) stillat celesti quodam nectare: totum splendet sicut Aurora, quam nulla nubium opacitas obscurat; & non aliter à stientibus mortalium animis excipitur, quam celestis imber ab agro stienti. Extra choram saltat, quod in Doctissimo prorsum miror: equidem eius doctrina singularis ac insignis musica, menti ex veritate ingeniosissimè confona. Alapide confert non rem revelatam, sed certitudinem revelationis cum splendore Auroræ diluculo rutilantis, Quæ sententia fuit etiam Lyre dicentis: Ad ostend-

Apotheposis, Eclipsis & Ellipsis.

Cicero, Horat. Virgil.

Incarnatio Verbi verba præcognoscit arripuit.

Vers. 4.

Ovid.

Sanct.

Alapid.

adendam excellentiam Propetia, quæ fuit sine imaginibus, quæ sunt quasi quædam nubes contemporantes veritatem intelligibilem debilitati intellectus humani. Hoc est Absque nubibus, absque imaginibus, visione intellectuâli. Verum frequenter, & iure accipiuntur verba de stirpe David perpetuanda usque ad Christum, deinde in Christo in æternum & ultra.

9 Alij arbitrantur, posteritatem David conferri cum pluvia à Sole oriente excitata, igitur subdit: Neque est quicquam ex ea, quod non germinet. Simulque dignitatem regiam cum Aurora, sine nube rutilante: quod quidem non abs re. Sic Tigar. Sicut lux Matuta, cum Sol oritur, Matuta, quæ non habet nubes præ fulgore suo: & propter pluviam, quæ herbam à terra elicit. Arab. Brit talis sicut lux matutina, oriente Sole: matutina absque nubibus; per quas à splendore & pluvia est germen de terra. Hebr. legit haud in collationem, sed in dissimilitudinem. Sicut lucem matutinam illustrabit Sol, Manè non nubes. Manè verò nubes ab illustratione Solis (Quæ excitat pluviam) à pluvia herba è terra. Non sic domus mea. Quod videtur contrarium, elucidat totum Davidis propositum, ac delicat germanam expositionem in nostram de Incarnatione argumentum. Lustratio dicitur Solis, non in aurora, aut in oriente, sed postquam ut verbis Statij dicam lib. 1. Achill. v. 242.

Iam premis astra dies, bumilisque ex equore Titan Rorantes evoluit equos, & ab æthere magno Sublatum curra pelagus cadit.

Nostro in testimonio liquet, quid Sol operatur in Aurora, & quid post ortum lustrans universa. Primò in aurora, vel summo in margine fulget, post nubibus haud splendet, imò pluit: igitur ex exhalationibus, eius calore elevatis densantur nubes & nubes, splendoris Solis obices. Non ita domus mea in promissione mihi de Filij Dei incarnatione facta: equidem etiam nubes peccatorum surgant, quæ irritum facere solent pactum; minime valebunt Solem sepelire, nec dedecore splendorem prospax. Non sic domus mea apud Deum. Firmissimum est pactum, atque munitum. Haud fœdus, quod Deus mecum pepigit, est conditionatum, ut Sol splendore modò fulgeat, deorsuque temporis ereminum nubibus luce, quæ exortus est, cadat. Non frustrabitur. Non ulla nubes obstaculum, nec è terra exhalatio impedimentum: etenim haud fulgebit sicut Sol in lustratione orbis univèrsi irradiat; sed sicut Aurora, oriente Sole, absque nubibus rutilat. Ideo pailogicè per Epizezum iteratur Manè, manè, Matutina, matutina. Quæ lux in Aurora, processu Solis mutabilis: mihi facta promissio firma vel deorsu temporis: quandoquidem splendor Solis iustitiæ futuri, perseverabit ex pacto, sicut erat in principio. Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in celo fidelis. Domus mea uti Sol rutilans tota die lucidus. Non erit, sicut quam vidi, domus Saul. Illam utique Dominator in Israël primò honorando, in splendorem evexit; post propter dignatorum nequitiam misit tenebras, & obscuravit. Non sic domus mea apud Deum; sed sicut Sol in ortu suo splendet. Iudic. 5. 31. Iuravit Dominus. Misericordiam meam non auferam, sicut abstuli à Saul, quem amovi à facie mea: & fidelis erit domus tua & regnum tuum usque in æternum (2. Reg. 7. 15. 16.) & thronus tuus erit firmus iugiter. Unde Pagnin. Sicut lux matutina orietur Sol, manè absque nubibus à splendore: & Vatabl. Sicut lumen temporis matutini: igitur illo in tempore lucidissimum Solis in Aurora lumen.

10 Lectio Maluendæ scopum animi Davidici tangit. Sicut lux manè, exorietur Sol. Nihil profectò diceret, si in Solem iustitiæ, de quo pactum, Regius psalter intendere: equidem si lux matutina à Sole; Solem exoriri sicut lucem, idem esset, ac Solem exoriri sicut Solem. Sol qui promittitur & expectatur nasciturus (de quo David loquitur) non est Sol iste, qui ortu & occasu peragit diemised Filij Dei in carne visitans nos Oriens ex alto. Oriens, id est, Sol, ut videbimus infra num. 25. Cogitari quibat, Davidi sub conditione promissio; & ita posset abolere filiorum ab eius virtute degeneratio: at decretum huius singularis honoris absolutum; quapropter inviolabile, firmissimum pactum: in cuius signum meditantèr dicit David, Sicut lux manè, profectò exorietur Sol; quippe quàm ita infallibile Solem iustitiæ natum ire ex eius semine, sicut lux oritur manè. Ex huius Solis ortu emanabit Davidicæ stirpis fulgor, ex quo stabilis splendor; quin pluvius dies in propudium, sed clarissimus ab ipso Solis ortu usque ad occasum.

Auroram inter & Hesperum Et qua Sol medium tenens,

Lirag.

Vers. 2. Tiguim.

Arabic. Hebr.

Aliud ortus Solis, aliud lustratio.

Statj.

Hebr.

Epizezum.

Psal. 88. 37.

38. Prima expositio.

Pagnin. Vatabl.

Maluend.

Secunda expositio.

Infalibilibis promissio facta à Deo Davidi de Incarnatione.

Seneca

Umbras corporibus negat. Ut aliò succinit Seneca, in *Hercul. furent.* v. 382. & Papin. Statius, 2. *Thebaid.* à v. 134.

Et iam Mygdonijs clata cubilibus alio
Expulerat caelo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas, multumque sequent
Sole rubens. Illi roscus per nubila seras
Advertit flammis, alienumque aspera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, atque ipsi radios vitet esse sorori.

Statius

Ita igitur meritis orituri Solis & Auroræ (quia ex mea domo) rutilabit domus meas
quin nube ullà obscuretur, nec fœdus unquam frangatur, & non obscuritatem inducet
à luce. Reg. legit: etenim permanebit splendor cum Sole, & ante Lunam (defectionum
indicem) in generatione & generationem.

Bib. Reg.
Psal. 71. 5.

Sophocl.

11 Dum Aurora rutilat, tunc Solis splendor purior: qua de causa Sophocles in
Electr. v. 17. inquit: Splendidus Solis splendor, matutinas voces movet ævium. A vapo-
ribus Sol offuscatur: primaque luce, quàm acè illuminatur sub Solis adventum, nec
sunt vapores, vi luminatis, caloreque levandi. Unde ut clarissimum lumen familie in-
dicit David, non dicit, Rutilabit sicut Sol sed folium Solis adinstar, antequàm nascatur
vel dum oritur: igitur illotunc cum aethra vacua exhalationibus sit, serenè ac tranqui-
lè intendit & extendit per aëra lumen, quò plus rutilat, & magis nobis propinquat.
Hoc est Aurora: spatium scilicet illud à prima luce ante Solis ortum, quod ab ignis
colore aureo, quasi deaurat hemisphærij aditum. Ita Varro lib. 6. de *Lingua Latina*
Vicent. Chartar. in *Phœbo*, fol. 67. canitque Senec. in *Oedip.* v. 119.

Expositio
tertia.

Quid sit
Aurora?

Seneca.

Litus intravit pelagi rubentis:
Promit hic ortus, aperitque lucem
Phœbus, & flammâ propiore nudos
Afficit Indos.
Unde Aurora in textu, oriente Sole, absdubio accipi debet pro se lucidissima & cornu-
ca, splendore rutilo, ac perfulgente luminis radio; cuius decore præstabit domus David,
sicut in Aurora necdum visus, etiam micans, fulget Sol. *Lucis instar matutini, cum Sol*
oritur: ait Syrus, & alij apud Maluend. *Sicut lumen temporis matutini, orto iam Sole:*
temporis matutini non nubilo ex splendore. Quo elucet, exprimi maximam, singularem
claritudinem per Auroram rutilantem.

Per Auro-
ram & So-
lem eximia
perfulgens
lux.
Syr.

Quid sit di-
luculum?

12 Aurora, Manè, & Diluculum pro eodem sæpè sæpius usurpantur, etiam propriè
idem non sint. Diluculum est prima lux, sive oscitatio lucis, lux dubia, lux crepera, quæ
principium crepusculi matutini. Sic intelligitur illud Psalmi 45. 6. *Manè diluculo:* &
Luc. 24. 1. *Valde diluculo.* Marc. 16. 2. *Valde manè.* Cicero pro *Roscio Amer.* eodem
intuitu: *Primo diluculo.* & Plaut. in *Amphitr.* Act. 2. scen. 2. v. 171. *Diluculo primu-
lo:* quasi in principio lucis sine luce, Unde Horatius, 1. *Epist.* v. 35. *Postes ante diem
librum cum lumine.* Quod quidem signat Matth. 28. 1. dicens: *Vespera que lucefcit:* &
Ioann. 20. 1. *Manè, cum adhuc tenebra essent.* Manè propriè est, dum clarior, quæ ce-
pit claritas. *Matura iam luce dies.* Virgil. 10. *Aneid.* v. 257. Haud aliter intelligitur
illud Genes. 19. 15. *Cum esset manè:* & v. 27. *Consurgens manè.* Vernaculè: *Era ya de
dia.* Ibid. cap. 32. 2. de Iacobo dicitur: *Cum maturè surrexisset.* Ver. 24. *Vir lucubaba-
tur cum eo usque manè:* & v. 26. *Dimitte me, iam enim ascendit aurora.* Patent interdi-
tia inter diluculum, manè, & auroram, præter lux intensior. *Incipiunt*

Quid Ma-
nè?

Dracont.
Virgil.
Calab.

*Sidera iam novo venturo cadere Soli,
Sidera iam luci concedunt.*
Canit Iuvenus, lib. 4. de *Evangel. biflor.* v. 589. & 745. & Sedulius, lib. 5. *Carm.* v. 3154
Cæperat interea irradiare dies. Perlius, Satyr. 3. 1. *Iam clarum mane fenestras intrat,
& Satyr.* v. 132. *Manè piger stertis.* Hispanicè & Gallicè dicitur *Alba*, quippe tunc
incipit albescere cœlum. Dracontius de *Oper. sex dier.* v. 398.
*Lucifero redeunte polo, moriuntur & aethra,
Nuncius Auroræ subductus morte diurnæ.*
Virgilius, lib. 4. *Aneid.* v. 584. & lib. 9. v. 459. quod sumptit ex Quint. Calabr. lib. 4. v. 34
*Et iam prima novo spargebat lumine terras.
Rapidum Solis iubar expectantes, ut Aurora surgeret.*

13 Aurora est lux magis intensa atque clarior, quia Sol nostris fastigijs proximior:
di-

diciturque ab Isaia, 26. 19. *Ros lucis*, quia tunc rorat; unde à rose, ut placet Bercho-
rio, lib. 5. *Reductor.* cap. 53. & pluribus alijs apud Hippolyt. Marrac. in *Polyant. Ma-
rian.* vocata *Aurora* quasi *Aurora rorans.* & Catull. in *Pervigil. Veneris*, v. 24. *Deque
gemmis, deque flammis, deque Solis purpuris.* Ab alijs dicta *Aurora* ab *Aura*, idest, splen-
dore, uti dicitur apud Virgilium, 6. *Aneid.* v. 204.

Quid Auro-
ra?
Catull.

Discolor unde auræ per ramos aura refulsit.
Aura, hoc est, fulgor, auræ rigor: vide Servium hic & Ludovic. Carrion. lib. 2. cap. 20. Alij
à colore aureo, ut vidimus, p. 11. Iuvenus, quò nuper, v. 590. & Virgil. 3. *Aneid.* v. 520.
Progrreditur radijs terras crepitantibus implens.
Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis.

Iuvene,
Virgil.

Ovidius, 5. *Metam.* fab. 1. *Lux radijs totum patefecerat ignes.* Sil. Ital. lib. 11. de *Bell.
Punic.* v. 371. *Curra splendens sub unâis:* frequenterque plauditur ab Homero comâ
flavâ & auratâ. Alij aptius ab Oriente, qui Græce dicitur *Bobis*, à quo Sol, & Apollo
apud Ethnicos *Liteus*, & Aurora *Lyce*; quippe eius lux ab Oriente. Canit Orpheus in *Ar-
gonautic.* à v. 358.

Orph.

*Sed cùm mane sacrum surgens aperiret Eoò
Oceano terras, iam tamque Aurora ruberet,
Dulce hominum generi lumen.*
Plates vel ex latinis secuti sunt stylum & phrasem, studiosi imitationis.
Et vigil Eois lucifer exit aquis.

Ovid.

Accinit Ovid. 6. *Fastor.* v. 466. Propert. lib. 3. *Eleg.* 24. v. 7. *Color roseo collatus
Eoò.* Idest, *Aurora*, subdit Passerat. hic: Serviusque in 1. *Georg.* Virgilij: *Te matutinus
stertem confpexit Eous.* Eodem stylo Virgil. 2. *Aneid.* v. 417-3. v. 553-6. *vers.* 83 &
11. v. 4.

Aurora pro
felicitate.

14 Lux Auroræ metaphoricè accipitur pro summa felicitate. Unde Manè, idest,
bonum, & clarum, ut inquit Macrobi. 1. *Saturn.* cap. 7. Lux enim cum signet felicem
sortem, ac nubes calamitatem; ut hæc persistat, simulque illa non appareat, dicit Iobus:
*Obtinebrentur stella caligine eius: expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis Au-
roræ.* Quare pro felicitate subita in desperatis malis, dicit idem, 24. 17. *St subito appa-
ruerit Aurora:* illa igitur sanè risus, ac hilaritas cœli & terræ.

Iob. 3. 9.

*Primum Aurora novo cùm spargit lumine terras,
Et variæ volucres, memora avia pervolitantis,
Aethra per tenerum liquidis loca vocibus opplent:
Quàm subito solet Sol ortus tempore alt
Convestire suâ perfundens omnia luce.*

Lucret.

Succinit Lucret. lib. 2. de *Rer. natur.* à v. 143. Cicero in *Progn.* ait: *Matutinos exercet
acredula cantus.* Ovid. 2. *Fastor.* v. 767. *Dederat cantum lucis prævuncius ales.* Virgil.
lib. 8. *Aneid.* v. 455.

Cicero.

*Evandrum ex humili tecto lux suscit at alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.*
Mirificè plaudit Homerus in hymno de *Aurora*: & Orpheus sub eodem titulo, inquit
versione Latinâ, metricâ Natal. Comit. lib. 6. *Mytholog.* cap. 2.

Virgil.

*Qua gaudet mortale genus, vitare nec ullus
Conspicuum vult Diva tuam, cum finctibus exis.
Executis & somnum cilij: latantur ubique
Serpentumque, hominumque genus, volucresque, feraeque,
Quæque colunt altis spumosi marmoris undas.*

Hilaritas
ex Aurora.

Orpheus.

Haud decor domus David adinstar diluculi, dubio splendore, qui summum mane, inci-
piente exigua luce. *Lux frigida, Solis imago:* uti canit Dracont. quò dudum, v. 497. nec
ut manè clarum, quo *vix summos spargit lumine montes orta dies:* ut accinit Virgil. 12.
Aneid. v. 113. sed ut oriente Sole, Aurora absque nubibus rutilat, & hemisphærium
clarissimè irradiat. Hic summa splendoris, meæque hieroglyphicum optate felicitatis.
Canit, signatque qui nuper, lib. 6. v. 255. Si quaritur decor, ac dignitatis color;
Ecce autem primi sub lamina Solis & ortus.

Quarta ex-
positio
Dracont.
Virgil.

Idem.

Cuncta illuminat, & fecundans iterat Aurora rutilans; nec est quicquam ex ea, quod
non germinat. Sic Chald. *Sicut splendor Auroræ, & sicut Sol.*

Verf. 5.

15 Lux ergo est forma perspicui, quatenus perspicuum est: idest, actus perspicui in-
terminati, ut ait Aristotel. lib. 2. de *Anima*, cap. 7. Unde huiuscemodi corporis actus lu-
Tom. V. Pppp mea

Quid sit lux
Aristotel.

An accidens, vel substantia?

Species non est.

Non habet contrarium.

D. Thom.

Ambros. Cur dicitur sine mensura?

Est obiectum primarium.

Galtruch.

D. Thom.

Discrimen inter lucem, lumen, radium & splendorem.

Lucan.

Barth. Anglic.

Differentia radij lucis.

mea est: perspicuum enim ut perspicuum nequit habere aliam formam per quam reddatur visibile, nisi per lumen. Per hoc igitur redditur actu visibile, sicut corpus opacum per colorem. Lucem esse accidens negat nervose Barthol. Anglic. 8. de Propriet. rer. cap. 40. sed communis sententia Philosophorum & Theologorum qualitatem esse afferit permanentem in quolibet a se leuante, in alijs diaphanis corporibus transeuntem; habentem esse ratum & firmam in natura, siquidem est qualitas activa ipsius Solis, & in alijs lucidjs secundum maiorem cum Sole communicationem; quippe Sol luminis fons. Unde lux corpus non est, igitur penetratur cum alio corpore, quod quidem naturaliter nequit esse. Imò ad unius corporis corruptionem aliud corpus generatur: corrupto verò lumine absentia Solis, nihil exitit. Ex quo sequitur lumen speciem non esse. Species enim sensibiles non sunt; lumen verò sensibile. Species subiectum haud alterant: lumen verò alterat subiectum. Denique species obiectum representat: lumen verò est quo obiecta representantur, non autem quod; nisi in quantum facit colores visibiles actu. Vide D. Thom. 1. p. q. 67. art. 3. Lux ergo est qualitas singularis, nullum habens contrarium; quippe est qualitas primi alterantis, nimirum, cœli, quod peregrinam non admittit impressionem, ut sit universaliter movens. Sic ergo lux dicitur, est habere, sine pondere, sine numero, & mensura; quia virtus lucis ad omnia corporalia se extendit, in quantum est qualitas activa primi corporis alterantis scilicet cœli: ait D. Thom. loc. cit. quest. 5. art. 5. ad 5. Aliter Ambrosius lib. 1. Hexaem. cap. 9. Lucis natura (ait) huiusmodi est, ut non in numero, non in mensura, non in pondere, ut alia; sed omnis eius in aspectu gratia sit. Illa enim videtur quomodo alia sunt in pondere, mensura, & numero; quoniam illa videndi usum subministrat. Lumen enim est obiectum primarium visus, atque color secundarium. Omne corpus perspicuum, quod terminatur, necesse est corpore non perspicuo terminari, in quo color; quia corpus non perspicuum coloratum est. Corpus perspicuum dicitur, quod rarum: opacum verò, quod densum transparentiam non habens, sicut diaphanum. Unde est crystallus, vitrum, glacies & alia id genus videantur maxime densa cum transparentia pellucida; densa non sunt, sed fine latitudine pororum magno per se confusa. Ad Petr. Galtruch. Physic. univers. disp. 4. cap. ult. 16. Idem in Physic. particul. p. 3. Tract. 3. disp. 3. cap. 2. inquit: Observandum est, lumen & lucem differre inter se tantum accidentaliter & ratione subiecti. Lux enim dicitur, ut corpori alicui connaturaliter inheret: lumen autem quatenus per medium diffunditur. At quatenus repercutitur a corpore terreo & polito vocatur Splendor. Dixerat D. Thom. in 2. Sent. dist. 13. art. 3. Lux enim dicitur secundum quod est in aliquo corpore lucido in actu, a quo alia illuminantur, ut in Sole. Lumen autem corpus dicitur, secundum quod est receptum in corpore diaphano illuminato. Radius autem dicitur illuminatio secundum directam lineam ad corpus lucidum: & ideo ubicunque est radius, est lumen; sed non convertitur. Splendor autem est ex reflexione radij ad aliquod corpus tersum, & politum, sicut ad aquam & argentum, vel ad aliquod huiusmodi, ex qua reflexione etiam radij projiciuntur. Haud aliter acceptanceo videntur in Sacri. pagin. Lux Solis erit septemplex sicut lux septem dierum. Isai. 30. 26. Lumen cœli non videtur. Tob. 5. 12. Quod ab igne non poterat exterminari, ab exiguo radio Solis calefactum tabescebat. Sapient. 16. 27. Refulsit Sol in clypeos aureos, & areos, resplenderunt montes ab eis, & resplenderunt sicut lampades ignis. 1. Macab. 6. 39. & Lucan. lib. 3. Pbarfal. v. 521.

Ut matutinos spargens super aquora Phœbus.
Fregit aquis radios.

Aliter Barthol. Anglic. cap. 42. Lumen (inquit) differt a luce, sicut species a genere: omne enim lumen lux est; sed non e converso, omnis lux est lumen: nam lumen est diffusum a substantia lucis. Unde radius est lumen ipsum, quatenus a corpore luminoso procedit, quo mediante lumen seu lux actionem suam pericit. Sicut enim lumen est rectum, reflexum, fractum & refractum; ita radius. Rectus dicitur, cum sine obstaculo perpendicularis a corpore luminoso procedit. Reflexus dicitur, quando a corpore obiecto repellitur & repercutitur. Fractus verò, quum a medio raro in densum progreditur, ut ab aere in aquam: Refractus denique, ubi a medio denso in rarum diffunditur, ut ab aqua in aera. Vide eundem cap. 43. Aristotel. 2. de Anim. lat. & Vitell. lib. 2. & 3. Optic. theor. 14. 15. & 59. Ut clarius procedamus, hæc prælibare operæpretium duxi quin mihi novum, cuncta, quæ in se discreta pro eodem sæpe ab AA. accipi: sæpeque uniri per epigram. ad ampliorem claritatis seu notioris expressionem. Gregor. Magn. lib. 2. Dialog. cap.

cap. 35. Splendore clarescere (inquit) dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis insigret. Interl. in illud Ioann. 1. Lux in tenebris lucet; subdit: Lucem lucentem. Homer. 5. Iliad. v. 6. Lux lucet. Virgil. 2. Enid. v. 470. Luce coruscus, & v. 590. Lux refulsit. Ovid. 5. Metam. Feb. 3. Radij coruscæ, & Sil. Ital. lib. 13. de Bell. Pun. v. 780. Nam luce refulsit.

Greg. Mag. Lux cum esset formata, non commisit errorem, aut copia lucis. Tob. 13. 13.

17 Hinc lux accessa in reliquis Tautologiis, potissimum in illud Tobie de Ierusalem captiva: Lux splendida fulgebit. Loquitur quæ ad pacem sunt Ierusalem, quam gemere videbat sub tyrannico Babylonico iugo; futuramque lucem prædicit, ne inconsolabiliter ploret. Non credit, quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspiciens undiq. ne gladium. Iob. 15. 21. Surge igitur quæ in pulvere iaces; equidem non solum fulgebis, sed splendida luce. Lux solet micare, sed non lucet: quia exigui radij: verum tu splendide lucebis cum fulgore, quia non tantum divitijs, fama & gloria in lucem, id est, in prosperitatem revertentis; sed in lucem rutilantem: nimirum sine fumo, procul umbra, absque ulla infortunij nube, vel obscuritate: in lucem micantem, coruscam, scilicet plenam, omnigenam, cunctiformem. Variatur etiam Isaias, 66. 10. Gaudere cum ea gaudio magno universi, qui locuti super eam, ut fugatis, & repiramini ab ubere consolationis eius: ut murgatis & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Omnimoda erit, quippe nihil in illa desiderabile; si egrediatur ut splendor iustus eius, & Salvator eius ut Ili. 60. 1. lampas accendatur. Hinc ab eodem Propheta dicitur: Surge, illuminare Ierusalem (Maluend. luce fecerit, fias lucida, illuminata) quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: quia ecce tenebra operient terram, & caligo populos; super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Tunc luce splendida fulgebit, quoniam in te erit abyssus splendoris intranabilis. Templum, quod fulgebat augustinus in Ierusalem, erat thronus in quo Dei federat gratia, atque maiestatis gloria. At magna erit gloria domus istius novissime, plus quam prime. Unde gloria? Veniet de sphaerota cunctis gentibus Agg. 2. 8. 10 & implebo domum istam gloria. Per proprie, implebo. Prius Ierusalem fulgebat gloria, sed non plena: fulgebat luce, sed non splendida: splendida ergo luce fulgurabit, quando splendor Patris apparuerit: lux utique ab illo magna, æternam cum illo in terris completa gloria. Quoties forma exprimitur & eius formalis effectus, valet pro superlativo, de quo in Prolog. galeat. §. 5. num. 8. Ita Euripid. in Helen. v. 635. Flamma lucifera: id est, maxima flamma. Homer. ubi supr. Splendide lucet, maxime. Plant. in Amphitr. Act. 1. scen. 3. v. 50. Ut illicestas luce clara & candida. Alcim. Avit. lib. 5. Genf. v. 400. Radij fulgentis, & lumine leto. Mar. Victor, lib. 1. v. 58. & 64. Lux immensa superne emicuit. Redita lux nituit: & v. 400. Lumine fulsit. Denique Iuven. Ith. 2. v. 531. Fulgentis splendens gloria. Hoc est, maxima & omnimoda: quo sensu patet qualis futura gloria Ierusalem, expressa fulgore splendentis lucis: equidem lux eximia, plena gloria, atque radians flamma maxima ex Salvatoris presentia. Si splendor eius per vibrans signatur lumen; nunquam ampliorem habuit, nisi ex illo & per illum claritate.

quid sit lux splendida?

Agg. 2. 8. 10

Christus gloria Synagoga, & gloria plena.

Forma cum effectus, forma multi, etiam superlativo.

18 Extincta erit lucerna in Iherusalem; ita ut desperaret posse restitui in splendorem; quippe tantis calamitatibus adducta in tenebras & non in lucem. Aliquando micabat aliquot lumen, sed extinguebatur per irruentem novam tribulationem. Unde Esai. 8. 16. dicitur: Iudeis nova lux oriri visa est. Cæterum tantum visa, siquidem lux, sed non plena: claritas, verum obscura. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Psalm. 138. 12. Lux tunc rutila, ubi nox sicut dies illuminabitur: aliter vel cum luce, ambulabit in tenebris, quia non est lumen ei. Ex levitate claritatis accessa flamma, ut Ierusalem fulgeret & luce splendidâ; quippe Salvator illuxit ad illuminationem scientie claritatis, nec lucere quibat, nisi per illuminationem Salvatoris, ut ait Apostolus. Usus hęcine phrasæ Euripides, in Troad. v. 320. Accendo (inquit) ignis flammam ad splendorem & fulgorem. Ex quo patet huiusmodi lucis, luminis, splendoris adiectiva pro summo gradu fulgoris accipi, deficientibus vocibus, quæ eximius notor explicetur; maxime idiomate Hebræo superlativis vacuo. Apud Latinos Epizeuxi præstantia lucis profertur. Plant. in Casin. Act. 2. scen. 3. v. 1. Nitorebus nitidis. Martial. lib. 8. Epigr. 21. Nitide luci. Quo dicitur plures Plœonasm. Insuper semita quasi lux splendens. Hoc maxima. Splendor eius ut lux erit. Idem, Solaris: subdit Sanctius hic, num. 56. Sic igitur dicitur, 4. Efd. 6. 40. Lumen luminosum, & 2. Cor. 4. 6. Lucem splendescere. Magnopere, nimirum, & late & longe. Quo sensu Sophocel. in Aiac. v. 850. exclamat: O splendida alicui præsens splendor!

Lux pro felicitate.

2. Cor. 4. 6.

Tim. 1. 10.

Euripid.

Epizeuxis laci pro superlativo. Prov. 4. 18. Habac. 3. 4. Idem Epizeuxis necessaria. Sophocel.

19 Lucernæ acceptanceo variæ. Usurpatur aliquando Lucerna pro sobole. 3. Reg. Tom. V. Pppp 2. 15.

15.4. Dedit ei Dominus lucernam in Ierusalem, ut fuscitaret filium eius post eum. 4. Reg. 8. 19. Ut daret illi lucernam. Idem, 2. Paralip. 21. 7. Filij igitur quali lumen de lumine: participatur a parentibus vita, quasi lux a luce. Reddebant lampade vitam: dicit Laubin, in 6. Lucret. v. 1195.

Et quasi cursores vitæ lampada trado.

Qui prior es, cur me in decursa lampada positis?

Uti canit Lucretius, lib. 2. v. 78. & Persius, Satyr. 6. v. 61. hacque metaphorâ utitur Plat. lib. 6. de Republ. Expressit Theocrit. Eâyl. 27. v. 31.

Si pepereris, novam lucem videbis filior.

Lucret.

Pers.

Theocrit.

Lucretia pro sobole.

Filij imaginis parentum.

Apocal. 18.

21.

Ierem. 25.

10.

Lucretia pro dignitate.

& prosperitate.

vitæ que.

Pro illustra-tione.

Pro instrum-ento in quo flamma forme.

Lucret.

1. Machab.

4. 50.

Ioan. 7. 35.

Adiectivum necessarium pro adv-erbio, aut superlativo.

Lucretia pro flamma splendore.

Luc. 11. 36.

Hypallage.

Interdum dicitur Scintilla. 2. Reg. 14. 7. Quarunt (inquit femina Thecutis) extingue-re scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen. Etiam dicitur filij imagines patrum, quoniam in illis perseverant post mortem. Mortuus est pater eius (Eccli. 30. 4.) & quasi non est mortuus: similem enim relinquit sibi post se. Vide Aristotel. 1. de Generat. animal. cap. 19. & Plin. lib. 7. cap. 12. Miramur hanc legem (ait in Declamat. Calpurn. Flaccus) ut in sobolem transeant forma, quas quasi descriptas species custodiunt. Lucret. lib. 4. v. 1210. Miscentis volta parentum. Virgil. 5. Aneid. v. 576. Veterumque agnoscent ora parentum. & Catall. Carm. 22. v. 218. Sæu simillis patri. Hac enim allusione lucis ad lucem (ut una Patris, & Filij designetur substantia, essentiaque entitas & identitas) dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. At hoc infra.

20. Interdum Lucernâ significatur dignitas in filijs ac auctoritas. 3. Reg. 11. 36. di-viso regno Israël, dicit Dominus: Dabo Roboam tribum unam, ut remaneat lucerna David in Ierusalem. Honor scilicet in David posteritate: poterat esse sine honore so-boles David, quin lucret, lux lucernæ: unde Apocalip. 18. 23. dicitur: Lux lucerna non lucebit; igitur essent filij lucernæ posteritatis Davidis, sed sine fulgore honoris, uti prædictum de Iechonia, qui filium non habuit regem. Perdam lumen lucernæ; puta, re-giam dignitatem: qua de causa, cap. 22. 30. dicit Dominus: Nec enim erit de femine eius vir, qui sedeat super solium David. Hoc enim inuita Lucernâ etiam prosperi-tas indicatur. Prov. 24. 20. Lucerna impiorum extinguitur. Iob. 29. 3. Quando splen-debat lucerna eius super caput meum. Aliquando usurpatur pro vita. Prov. 20. 27. Lu-cerna Domini spiraculum hominis. Aliquando accipitur pro mentis illuminatione ad dir-gendos gressus in viam legis. Tu illuminas lucernam meam Domine. Deus meus illumi-na tenebras meas. Psalm. 17. 29. 118. 105. & Prov. 6. 23. Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ. Lucerna igitur, ut in plurimum, non accipitur pro luminis instru-mento, uno aut pluribus ellychnijs constante: hac enim acceptione, dum de lucernis di-citur lucere idem est, ac non esse extinctas, sed adhibito igne, vibrare ex tomice ac-censo flammam: propterea Luc. 12. 35. Sint lucerna ardentes in manibus vestris, & Exod. 27. 21. Ut ardeat lucerna semper in tabernaculo. Virgil. lib. 9. Aneid. v. 535. Arden-tem contexit lampada. Lucret. lib. 2. v. 25.

Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,

Lamina nocturnis epulis, ut suppeditentur.

Homerus, 24. Iliad. v. 646. Lumen in manibus habentes: & 7. Odyss. v. 101. Ardentes faces manibus gestantes. Quo intelligitur illud, 1. Machab. Accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo. Idem, accensa flamma est, quæ est lux in aère, ex cuius illuminatione spatium clarescit: igitur lucerna accenditur, ut qui in-grediuntur lumen videant. Hic est effectus connaturalis flammæ, lucere, Quapropter ubi effectus & causa unâ exponuntur, vel simul proprietates; præ se fertur summum in illo genere, quo nil plus. Ita Ioan. 5. 35. Ille erat lucerna ardens & lucens. Eccli. 26. 22. Lucerna splendens. Hoc est, nimis. Homer. 5. Iliad. v. 222. quia nimis rutilabat flamma, ait: Splendido in igne: & 6. Odyss. v. 45. Lucidus ignis circumfulget splendor. Euripid. in Helen. v. 1177. Ignita Iovis flamma. Vivax nimirum, sine fumo, sine ma-teria impediende splendorem: quare Iob. 18. 5. dicitur: Non splendebit flamma.

21. Hinc Lucerna læpæpius pro splendore ignis in lucerna usurpatur. Sophon. 1. 12. Scrutabor Ierusalem in lucernis. Apocal. 21. 23. Lucerna eius est Agnus: quod expressit Princeps Apostolorum, 2. Epist. 1. 19. Quasi lucerna lucenti. Unde cum dicitur: Sicut lucerna fulgoris illuminabit te, debet intelligi, Sicut lucerna accensa: vel per Hypallagen, Sicut fulgor lucernæ. Siccine apud Isaiam. 1. 3. Cognovit asinus præsepe domini sui: idem, dominum præsepis. Psalm. 30. 23. Proiectus sum a facie oculorum tuo-

tuorum, 3. Reg. 7. 51-2. Paral. 5. 1. Reposuit in thesauris domus Dei. 2. Theosal. 2. 10: Charitatem veritatis non receperunt: v. 13. In sanctificatione spiritus & fide veritatis. Ephes. 3. 19. Setra etiam supereminenti scientia charitatem: nimirum: charitatis supereminenti scientiam. Haud secus in præfenti testimonio: sicut lucerna fulgoris, hoc est, fulgor lucernæ; ut dicit Jerem. 25. 10. Videlicet, Tautolog. 2. num. 23-4. num. 3. & 4. 9. num. 6.

22. In expositionem testimonij principalis intelligi debet particula exegetica, quæ frequenter in Hebræo omittitur; ut fusè astruxi hic, Tautolog. 1. num. 129-4. n. 22. & 5. n. 26. Hoccine (schema vocatur Asyntheton, vel Dyaliton, quia orationes careor ca-tenâ conjunctionum, vel abest causalis primæ periodi, qua quidem posita illic clarescit. Esth. 8. 16. Nova lux oriri visa est (idest) gaudium, honor & tripudium. Ierem. 25. 10. Vocem gaudij & vocem lætitiæ (scilicet) vocem sponsi & vocem sponsæ. Pariter Lux Auroræ (hoc est) oriente Sole: etenim Aurora haud aliud præter lucem illam, quæ conficit diluculum, vel manè, ut supr. diximus, & est a Sole. Magna styli fruges apud Ethnicos non solum in sensu, sed etiam in verbis. Lucret. lib. 4. v. 540. Auroræ ab exoriente nitore.

Postera Phœbæ lastrabat lampade terras,

Humentemque Aurora polo dimoverat umbram.

Modulatur Virgilius, lib. 4. Aneid. à v. 6. Claudian. Epigram. de Phœnic. à v. 5:

Unde rubet ventura dies, longæque coruscis

Nox afflata rotis refugo pallefcit amictu.

Aurora enim à Solis radijs efficitur, cum primùm in nostram hunc orbem manè illustrant; ut inquit Carthar. ubi supr. num. 11. Unde Theocrit. Eâyl. 18. v. 26. Aurora exorientis decorem ostendit faciem, cum veneranda nos abit. Metricæ:

— Nam sicut nox alma recessit,

Os croceum cælo profert Aurora repascens.

Multoties igitur in ampliore expressionem, duplici sententiâ, seu eadem (varijs di-ductâ modis & vocibus) elicitur conceptio mentis. Ovid. lib. 2. Metam. fab. 5.

Itaque dies medius rerum contraxerat umbras,

Et Sol ex æquo met à distabat utraq.

En meridies graphicè binâ phrasè descripta. De crepusculo noctis Virgil. 2. Aneid. v. 250. & Ovid. lib. 3. Metam. fabul. 5.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox,

Involvens umbrâ magnâ terramque, polamque,

— Titan iam pronus in umbras

Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,

Quantum desse solet Luna.

De nocte iam concubia, sive intempesta, lib. 4. Aneid. à v. 522. libroque 1. Thebaid. æmulatus est Papin. Statius, à v. 335

Nox erat, & placidum carpebant fissa soporem

Corpora per terras: silvæque & sæva quierunt

Æquora: cùm medio voluuntur sidera lapsu.

Cùm iacet omnis ager, pecudes, piæque volucres;

Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis

Rura tenent: somno posita sub nocte silegiti

Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Itaque per emeriti surgens confinia Phæbi

Titani, latè mundo subvecta silenti

Rorifica gelidum tenuerat aëra biga.

Iam pecudes velucresque tacent: iam somnus avaris

Inserpit curis, pronusque per aëra nutat

Grata laboratæ referens oblivia vita.

23. Illustri ergo periphrafi, seu potius pulcherrima hypotiposi describuntur diversæ temporis rationes: hac etiam Poëtæ usi licentiâ in descriptione Auroræ.

Iam vaga cælo sidera fulgens

Aurora fugat: surgit Titan.

Radiante comâ, mundoque disera

Reddit clarum.

Asyntheton vel Dyaliton

Quinta expositio.

Lucret.

Virgil.

Claudian.

Charter.

Qui est un-

de Auroræ?

Theocrit.

Periphrafi,

sive Circum-

locutio.

Ovid.

Virgil.

Ovid.

Virgil.

Stat.

Hypotiposi,

Senec.

Descriptio Inquit Seneca in Othav. à v. 1. & Lactantius Firmian. Epigram. de Phœnic. à vers. 35. Auroræ accinit;

Lactant. Lutea cum primùm surgens Aurora rubescit, Cùm primùm roseâ fibra luce fugat, Atque ubi Sol pepulit fulgentis lumina portæ, Et prima emicuit luminis aura levis.

Macrobi. Aurora apud Græcos, ut vidimus supr. num. 13. Lyce dicta, ut prima lux. Radium enim (ait Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 17.) splendor propinquantem Solem longè, latèque præcedens, atque caliginem paulatim extenuans tenebrarum, parit lucem.

Claudian. Non dum luce gravem, nec pubescentibus altè, Christatum radijs.

Uti canit Claudianus, lib. 2. de Rapt. Proserp. v. 48. Unde cum ex Sole oriatur illa prima lux, quæ prodroma Solis; ut clarescat articulus ille, per Auroram signatur & ortus Solis, ut diversis phrasibus manifestetur vividius propofitum profertentis. Ita Hieronymi in Osee 11. 1. subdit: Sicut ortus Auroræ & diluculum & principium diei, inter nobis Solis que viciniam transit celeriter, ita us finitur nox & clarescat dies. Eodem intuitu dicitur: Fecisti Auroram & Solem; de quo infra, & in nostro testimonio: Lux Auroræ oriente Sole.

24. Sic apud Ethnicos pingebatur Aurora cum face accensa, comâ flavâ & auratâ, cultu rutilo, curru aureo, & folio fulgido, prævio in cursum Pegaso; in manibus roseis claves, queis portas cœli pervias Soli orituro faciebat, de quo Charar. loc. cit. De Auroræ imagine & sacris sub nomine Matuta (quæ vox etiam invenitur in Versionibus nostri principalis Pleonasmii) egimus fusè in Ephemerid. die 10. Jun. Accinit Ovidius lib. 2. Metam. fab. 1.

Ovid. — Ecce vigil nitido patefecit ab orta Purpureas Aurora fores, & plena rosarum Atria, diffugiant stellas, quarum agmina cogit Lucifer, & cœli statione novissimas exit.

Philosophatur estò perperam Lucretius lib. 5. à v. 656. nihilominus in nostrum arguementum ait;

Tempore item certo roseam Matuta per oras Aetheris Auroram desert, & lumina pandit; Aut quia Sol idem sub terras ire revertens, Anticipat cœlum radijs accendere tentans, Aut quia conveniunt ignes, & semina multa Conspuere ardoris consuerunt tempore certo, Que faciunt Solis nova semper lumina signi.

Hoc delirium fuit Empedoclis, ut ait D. Thom. lib. 2. de Anima, lect. 14. assererebat igitur lucem esse corpus, quod ipsamet substantia Solis, ex quo lucebant quedam corpora, quæ sunt lumen, vel radius. Refutationem & validam vide apud ipsum Angel. Doctor. in 2. dist. 13. art. 3. A Sole ergo lux Auroræ luminibus amena, & color roseus, inter cunctos præstantissimus, quippe rutilus. Quam ob rem Ethnici ora imaginem Deorum suorum lineabant minio. Vernaculè, Vermilion. O pulchra facies! Nunc (inquit Plinius, lib. 33. cap. 7.) inter pigmenta magne auctoritatis, & quondam apud Romanos non solum maxima, sed etiam sacra. Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse, lovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam. Triumphantemque corpora sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cœna triumphalis, & à Censoribus in primis Iovem miniandum locari. Cuius rei quidam causam miror, quamquam & hodie id expecti constat Aethiopum populis, totoque eo tingi proceres, huncque ibi Deorum simulacris colorem esse. Hinc Panos facies, ut ait Virgil. Eclog. 10. v. 27. Minio rubens. Constat huiusmodi fucus, Sapient. 13. 14. Ubi de fictoribus Idolorum, dicit Salomon, ligua sculpere ac figurare in similitudinem hominis, aut animalis, perlinens rubricâ & rubicundum faciens fuco colorem illius. Paulan. in Corinth. seu cap. 46. ait: Diane & Liberi Patris duo signa lignea inaurata, præter ora tamen, quæ minio oblita sunt. Mythologicè accipit Kircher in Obelisc. Pambpil. lib. 3. Mystagog. cap. 10. subdens: Coloris Solis in mundo, radiorumque celestium facies rubicundâ, hieroglyphicè representatio: additque ex Orpheo.

Nam simul occubuit, rursum extulit omnia lato.

Cor.

Suppl

Corde suo è sacro, consultor lumine rebus.

Aliam causam asserit Plin. lib. 35. cap. 12. Effigiem Iovis Capitolini, quam fecit Tarquinius Priscus, fuisse fictilem; & ideò mintari solitum Iovem: haud quia minio pro maiestate numinum simulacra sanctiora & augustiora sint arbitrati, uti inquit Alex. ab Alexand. lib. 4. cap. 12. Ob singularitatem quonvis colorem induci à multis Priscis, diximus, Tautolog. præced. n. 13. & 14. roseum arbitror tam in triumphantibus, quam in Deorum imaginibus; ob coloris præstantiam, ut emularentur egredientem Auroram, quæ rubra, purpurea, aurea, rosea, flava, rubicunda, rutilans & splendida plauditur à Poëtis, ut videris apud Ravif. Textor. in Epitbet. Ad rem ergo.

25. Dicam quid mihi occurrat pro sensu pendulo auctoritatis ac propositi Davidis, hucusquè sub latebrissed, ni fallar, clarius erit luce Solis. Totus huius propheticæ scopus est incarnatio Verbi Dei, quod etiam in carne dicitur Sol. Haud quidem hic materialis, qui luminare orbis, cunctis expositus, nec qui de Sole corpus traxit, & cum rediret resurus ad Patris dexteram, in Sole reliquitur deliravit Valentius & cum illo Gnolitic, de quo vide Ireneum, lib. 1. Contra hæres. cap. 5. & Augustin. Hæres. 11. sed Sol Iustitiæ, cuius in pennis, uti Salvatoris, fanatis. Malach. 4. 2. qui prorsus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: de quo Zachar. 6. 12. Ecce vir, Oriens nomen eius; idest, Sol: igitur cum ortus in carne, populus qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam. Hic igitur Sol à Evangelista dicitur Lux vera: de quo dubium difficillimum occurrit. Lux igitur propriè de spiritualibus dici nequit, ut asserunt Dionys. de Divin. nomen. cap. 4. & Damascen. lib. 1. Fidei orthodoxe. cap. 14. & 15. Ambros. præfat. in lib. 2. de Fide ad Gratian. subdit: Imago, splendor & charater dicitur Dei Filius: hæc tria videmus ad similitudinem pertinere. Quapropter D. Thom. 1. 2. q. 67. art. 1. aluit, lucem tantum metaphoricè, seu transumptivè posse predicari de Deo. Ratio sub manu: etenim haud nisi metaphoricè quit dici de spiritualibus, quod convenit sensibilibus: claretque, lucem per se sensibilem esse. Unde si verum opponitur metaphoricè, quippe de re propria ad non propriam usurpata translatio est; quomodo de Christo dicitur & verè, quod vera lux? Iam non verè, modò metaphoricè fit. De illo etiam dicitur ab Isaia, 60. 1. Venit lumen tuum. A Simone, Luc. 2. 32. Lumen ad revelationem. 1. Ioann. 1. 5. Deus lux est. 1. Timoth. 6. 16. Solus lucem inhabitat inaccessibilem. Iacob. 1. 17. Omne donum optimum desursum est, descendens à Patre luminum, Filius de se, Ioann. 8. 12. Ego sum lux mundi. De Baptista idem cap. 1. v. 8. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine: scilicet Verbo Dei, de quo Sapient. 7. 26. Candor est laeis æternæ, & speculum sine macula Dei mactæstatis, & imago bonitatis illius. Paulusque Hebr. 1. 3. Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Hæc & alia ex Scriptura constant: quo modo igitur intelligenda, si metaphoricæ?

26. Sciendum est, Scripturam sacram nobis exponere spiritualia sub similitudine corporali. Legimus Asserentem N. discipulis dixisse: Ego dispono vobis, sicut à disposuit mihi Pater meus, regnum; ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Attemperat enim & nostro modo loquendi, & nos exprimimus supremam perit id quod excellentissimum cognoscimus. Quia plura de Deo corporaliter in Sacra Scriptura symbolicè, mysticèque & significativè dicta comperimus (ait Damascen. lib. 1. de Fid. orthod. cap. 14.) scire non decet, eum nos ipsi sumus crasso carnis indumento circumdati, nos minime posse divinas & subtiles & immateriales Dei operationes aut intelligere, aut eloqui, nisi imaginibus & formis, & significativis nostro more ut amur signis. Quæcumque igitur de Deo corporaliter dicuntur, symbolicè sunt dicta: habent autem altiorum intelligentiam: simplex enim divinitas & figuram nullam habens. Quapropter cum non inveniamus quid nobiliss, luceque præstantiss; ut explicemus quid concipimus de Deo, proferimus lucem esse: ipseque se lucem dicit, quia nobiscum loquitur: non enim apud nos est aliquid pretiosius, quo excellentiam, quam non intellegimus, intelligere atque figurare possimus. Nulla qualitas nobilior quam lux (infit Lorin. in 1. Ioan. 1. v. 5.) inter materiales: primatum obtinuit in creatione: secundum ordinem temporis: omnia subit, ac in momento quidem, & sine sui diminutione. Nihil ea simul notius & ignotius: efficacissima est, aliasque proprietates habet, quibus divinitatis apud nos notio præclare describitur. Causam indicat Dionys. de Divin. nominib. cap. 2. Lucis nomine (infit) ipsum bonum celebratur, quasi in imagine primum exemplar expressum.

27. Sic igitur sensibilia, quæ dicuntur de Deo, tantum intelligenda sunt similitudi-

Orph.

Imago Iovis fictilis. Plin. Quare Deorum imaginem ita litet.

Auroræ epitetæ.

Christi Corpor non à Sole, sed à Virgine.

Ioann. 1. 9.

Ambros.

Quomodo Verbum Dei lux vera, si verè nequit dici lux?

Scriptura aptatur modo loquendi hominibus communi.

Damasc.

Cur Deus dicatur lux?

Lorin.